



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXCIX. Graf Hermann von Henneberg verkauft für sich, seinen Sohn
Boppo, den Markgrafen Otto von Brandenburg und dessen Gattin Jutta
dem Johann von Hennegau, die aus der mütterlichen Erbschaft seiner ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

posito Jagouienſi, militibus noſtris Bertrammo de Ecſtede, Ludovico de Wedele, Georgio de Breuiz, pincerna, Droyfekone et aliis fide dignis. Datum in eodem caſtro, anno domini milleſimo ducentefimo octuageſimo primo, decimo octauo Kalendarum Maji, per manum domini Meinardi, noſtre curie Cappellani.

Nach dem Abdrucke in den Baltiſch. Studien II, 124. Eichſtedt ſel. Sammlung S. 69. 70.

CXCIX. Graf Hermann von Henneberg verkauft für ſich, ſeinen Sohn Boppo, den Markgrafen Otto von Brandenburg und deſſen Gattin Jutta dem Grafen Johann von Hennegau, die aus der mütterlichen Erbschaft ſeiner Kinder Boppo und Jutta herrührenden Rechte und Beſitzungen in Holland, im Auguſt 1281.

Vniuerſis preſentes litteras inſpecturis Hermannus comes de Hayneberg ſalutem et notitiam veritatis. Nouerint, quod nos pro nobis, Boppone filio noſtro, viro nobili Othone, marchione Brandenburgeniſi, et Jutta filia noſtra, ejuſdem marchionis vxore, ac noſtris et eorum heredibus, vendidimus et vendere, tradere et deliberare promittimus et tenemur illuſtri viro domino Joanni de Aueſuis, comiti Hannonie, et ejus heredibus omne jus hereditarium, quod Margareta, quondam vxor noſtra materque Bopponis et Jutte, liberorum noſtrorum, ex paterna maternaque ſucceſſione in comitatu Hollandie habuit aut habere debuit, et quod eiſdem liberis ceſſit per mortem iplius Margarete. Vendidimus etiam preſato comiti et ſuis heredibus omnes annuos redditus et omnia bona, videlicet quingentarum et quinquaginta marcarum Colonienſis monete, que eadem domina tenebat et tenere debebat in telonijs de Ambris et de Geruileth, que quidem ei fuerunt aſſignata ab inclyto felicis recordationis Wilhelmo, quondam rege Romanorum, fratre ſuo, ac nobili viro Florentio, comite Hollandie, prout in litteris ipſorum ſuper hoc conſectis et eidem ac nobis conſectis plenius continetur. Preterea dicto Johanni comiti ac ſuis heredibus vendidimus omnia bona et arreragia, que poſt mortem dicte Margarete, quondam domine de Hayneberg, reſtant ſoluenda de premiſſis redditibus et bonis ac detenta, Promittentes eidem comiti Hannonie pro nobis, dictis liberis noſtris, nec non marchione Brandenburgeniſi, litteras dictorum Wilhelmi regis illuſtris et domini Florentii, infra hinc et ſextum beati Michaelis proxime venturum, nobili viro domino Godefriedo comiti Zonen deſtinare, vna cum Inſtrumento ſeu inſtrumentis venditionis et contractus predictorum, per preſatum comitem Hannonie faciendis et nobis ab eodem infra prefixum tempus tranſmittendis, et dictum inſtrumentum ſeu inſtrumenta nobis a dicto comite, vt dictum eſt, tranſmiſſa, ſigillari faciemus et promittimus ſigillis ſereniſſimi domini noſtri Rudolphi Romanorum regis, noſtro, Bopponis filii noſtri, marchionis Brandenburgeniſis et Jutte ejus vxoris predictorum. Nec eſt pretermittendum, quod ſi dictus comes Heynnonie habito ſuper hoc conſilio, dictas litteras retinere voluerit, quod mercatoribus ei nominatis et per litteras noſtras eidem deſignatis ſecuritatem dabit, aut fideiuiſſionem eiſdem preſta-

bit de quindecim centum et octoginta libris sterlingorum legalium denariorum terminis subnotatis reddendorum, videlicet in Natali Domini proximo venturo tertiam partem praedictae pecuniae, aliam tertiam partem in festo natiuitatis beati Johannis Baptiste immediate subsequente, et ultimam tertiam partem in Natali Domini anno finito. Et si prefatus comes Hannonie predictas litteras dicto comiti Zenen remiserit, nec eas retinere voluerit, liber erit a solutione pecuniae praenotatae, et nos a conditionibus supradictis, dum tamen ante Natale Domini proxime venturum remiserit eadem comiti Zenen prenotato. Et haec omnia, sicut superius sunt expressa, pro nobis, liberis nostris et marchione predictis, eidem comiti Hannonie et suis heredibus promittimus tenere, adimplere et inuolabiliter obseruare bona fide: supplicantes domino nostro Rudolpho, Dei gratia Romanorum regi predicto, quod ad obseruationem premissorum, quotiens necesse fuerit, nos compellat, et suum in premissis dignetur prebere consensum, et ea auctoritate sua regia in absentia nostri, si necesse fuerit, confirmare. In quorum omnium testimonium et munimen presentes litteras sigillo predicti Bopponis, filii nostri, eo quod sigillum proprium penes nos ad presens non habebamus, dicto comiti Hannonie contulimus roboratas. Actum et datum apud Nuremberg, anno Dominice Incarn. MCCLXXXI^o, mense Augusto.

Nach Gruneri Opuscul. coll. ad illustr. hist. Germ. Vol. II. Commentar. de reb. gest. Hermanni II. Comitis de Henneberg p. 253.

CC. Compromissarischer Vergleich zwischen dem Deutschen Orden und dem Domstifte Stendal, worin letzteres sich verpflichtet, seinen Ansprüchen auf Bergen zu entsagen und die Markgrafen von Brandenburg zu vermögen, daß sie das Dorf dem Deutschen Orden bestätigen, vom 6. October 1281.

In Nomine domini Amen. Hec est forma compositionis, habite super villa Berge, sita iuxta Rodensleue, inter dominum Adam, prepositum Stendalgensem et suum capitulum ex una parte, et fratrem Albertum, Commendatorem prouincialem thuringie et saxonie Ordinis Sancte Marie theutonicorum, et suum ordinem ex altera. Cum enim inter dictas partes super proprietate, possessione, juribus et attinenciis dicte ville questio verteretur, dominus Adam prepositus pro se et suo capitulo, cuius habuit litteras de Rato, Et dictus Commendator pro se et domo sui ordinis, habens similiter litteras de Rato et potestatem superioris Magistri, videlicet fratris Hartmanni de Helderunge, de illa questione et omnibus controuersiis et contractibus, quos habebant vel habere poterant vsque in hodiernum diem contemplacione istius questionis, non coacti sed spontanea voluntate compromiserunt in arbitros arbitrarios seu amicales compositores. Et elegit pro se et suis fratribus frater Albertus commendator predictus viros Religiosos fratrem F. priorem ordinis predicatorum et fratrem Kristianum, commendatorem de Mulhusen, ordinis theutonicorum, Dominus vero Adam pro se et suo Capitulo viros discretos Magistrum Olicum prepositum Ecclesie sancti Ciriaci in Brunfwick, Magistrum Wilhelmum, canonicum Ecclesie Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in Noua Ciuitate